

potentia celebrius habebatur, extitit humiliatum, quod quidem
a multis retro temporibus excellenti fasta superbiat, regum
utique domino omnipotenti deo, qui solus mutat regna et
transfert potestates, taliter disponente.

Circa haec tempora dum filius Lodovici IV. imperatoris
nomine Lodovicus principatum Brandenburgensem du-
dum pacifice obtentum absque bellis vel contradictione
alicuius adversarii possideret, surrexit quedam occulta suorum
optimatum et vicinorum dominorum ^{s)}coniuratio contra
ipsum. Cum namque princeps dicte terre marchio sci-
licet Brandenburgensis nomine Woldemarus dudum
fuiisset defunctus et absque liberis decessisset, ¹⁾et filius
dicti Lodovici imperatoris ex concessione patris dictum
principatum Brandenburgensem acceperat et iam plu-
ribus annis pacifice possederat, dicte coniurationis
factionarii et auctores produxerunt in medium quem-
dam hominem simplicem rusticum, facientes
famam publicam, quod ipse esset Woldemarus mar-
chio Brandenburgensis dudum defunctus, et quod ipse
causa peregrinationis dudum occulte se a patria sub-
traxisset, sed nunc reversus principatum et dominium
repetebat. Unde sub hac assertionis fallacia barones, va-
sallus et civitates et populum ab obedientia ~~huiusmodi~~
~~pseudomarchionis~~ ^{se} et fidelitate dicti Lodovici marchi-
onis veri sui domini avorquebant. Sed post annos fallacia

^{s)} dñō ¹⁾ decessisset ^{cod.}

1319.

1348.

capituli.
marg. cod.